

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Georg Funk

Dissertatio Theologica De Mysteriis Religionis Revelatae

Rostochii: Typis Adlerianis, MDCCCVI.

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1006364137>

Druck

Freier




Zugang



OCR-Volltext

RU theol. 1806

Funk, Georg



DISSERTATIO THEOLOGICA
DE
M Y S T E R I I S
RELIGIONIS REVELATAE

QUAM
CONSENTIENTE SUMME VENERABILI THEOLOGORUM
ORDINE

PRO LICENTIATI IN THEOLOGIA HONORIBUS

RITE OBTINENDIS

PUBLICO ERUDITORUM EXAMINI SUBMITTIT

A U C T O R

Mag. **G E O R G I U S F U N K**
GOTHLANDIA - SVECUS, A SACRIS ORDINIBUS

ROSTOCHII
TYPIS ADLERIANIS.
MDCCCVI.

1806

DISSERTATIONE
ОТРАДОВОГО

35

СЕМЕЙСТВО
ДЕЯНИЯ
ПАЛАЧИ

СОЛНЦЕВОГО
СВЕТА
СВОИХ
ОБРАЗОВ



ХИЧАРД ГОУЛД

СОЛНЦЕВОГО СВЕТА
СВОИХ
ОБРАЗОВ

БИБЛИОТЕКА
АКАДЕМИИ
ПОСТАНОВЛЕНИЙ
СОЛНЦЕВОГО СВЕТА
СВОИХ
ОБРАЗОВ

A U C T O R I S V I T A.

Ego Georgius Funk natus sum *Wisbuæ* in *Gotblandia* anno
MDCCLXVIII piis et honestis parentibus ac patre quidem
Thure Georgio Funk vectigalium maritimorum curatore regio-
matre *Anna Helena Gardell*, Litterarum studiis a patre de-
stinatus, primis eorundum elementis in schola cathedrali *Wis-*
bucensi imbutus, anno dein MDCCCLXXXII ad academiam *Lun-*
densem missus, philosophicis, theologicis ac philologicis disci-
plinis operam dedi, ibidemque anno MDCCCLXXXIX praefide-
tum temporis philosophiae facultati adjuncto *Haeggroth* publice
DE JUSTITIA disputavi. Anno MDCCXCI, cum ad Acad-
emiam Gryficam me contulisset, praevio examine, ac edita
dissertatione DE CUPIDITATE GLORIAE, quam Praefide Do-

ctissimo Viro *Mulrbeck* publice defendi, artium liberalium
Magistri ac Doctoris philosophiae honoribus auctus sum. Anno
MDCCXCII sacris ordinibus initiatus partim in Dioecesi *Wisbuensi*,
partim *Holmiae* munere sacerdotali functus, MDCCCXI a So-
cietate mercatum in India Orientali exercente vocatus, iter
Indicum, cuius descriptionem meditor, officiorum sacerdotalium
caussa ingressus sum. Nunc post quadriennium redux in pa-
triam me summis ac honoratissimis litterarum Maecenatis et
ecclesiae Patronis submissa mente commendo.

onivis in eo quod —— deponit de se —— tamen si ipso ostendit nullus tu
cum beatis tamen quo —— respondebit omni —— et non potest ——
quoniam idem libet coram aliis —— et non potest —— tamen ——
obstinatio haec —— tamen —— tamen —— et non potest ——

DE

MYSTERICIS RELIGIONIS REVELATAE.

§. 1.

Persuasum quidem habemus, primum et princeps in religione esse,
ex religionis praeceptis vivere, longeque praestare recte agere,
quam scire, aut credere; tamen multum abest, ut omnem disqui-
stitionem eorum, quae ad contemplativam Theologiae partem per-
tinent, superfluam arbitremur, nec utilissimam et nostro praepri-
mis aevo necessariam judicemus. Quanquam enim in omni reli-
gione ea dogmata, quae nihil omnino ad honestae vitae usum
faciunt, tuto negligi posse, lubenter concedamus; ea profecto,
quae arctissimo nexu cum ipsa vivendi ratione conjuncta reperiun-
tur, quin maximi momenti sint, aut curae nobis cordique esse
debeant, quis dubitet?

§. 2.

Jam et illud quis in dubium vocaverit: mysteria religionis
Christianae ejusmodi esse, quae etsi proxime ad solam contempla-
tionem pertinere videantur, tamen ad mores formandos, et ad
omnem honestatem sanctitate inque componendos mirifici valeant.

A

Aut paullum interesse quis credat: an ab homine — Deo, an divino quodam homine, qualis et Plato dicebatur, eae veritates ad nos inanaverint? Ita est, fortioribus, quam quos indidit nobis natura, ad naturam vincendam stimulis egebat humanum genus; adhortationibus, pollicitationibus, comminationibus divinis depravata corrigi, et ad bonum allici, trahi, rapi hominum ingenia oportebant; redintegrandus erat mutua appropinquatione, qui Deum et nos intercedit, nexus. Factum. Ast ille dum appropinquabat, ne fulgor Majestatis suae nimium percelleret humanae mentis oculos, velum, quo tegebatur, haud plane subduxit, sed pro sapientia sua paullum revelavit.

§. 3.

Verum enimvero revelationis mentionem facientes jam audiimus clamores eorum, qui rationem! vociferent, rationem! appellent, et si forte revelationi locus sit, eam sola ratione comprehendendi debere postulent. Quorum quidem doctrinae si fides habenda sit, quid naturalem inter et revelatam religionem intersit, plane non adparet, nec vel operosisima in iis distinguendis subtilitas eam tollere aequalitatem poterit. Cujus modi igitur illa doctrina sit, paucis hisce paginis disquirere liceat.

§. 4.

Non sine altiori dignitatis nostrae sensu videmus et consideramus animalia bruta, quum lamentabili quandoque vultu pabula, aliave, quibus indigent, quaeque sibi ipsi procurare nequeunt adiumenta, a nobis petentes, ipso obtutu suo suspicari quasi viden-

tur, divinius quidquam nobis, quam sibi, et tale quid, quod numinis cuiusdam instar habeant, inesse. Nec falluntur sane. Tum vero, cum varia nos agere, e. gr. ignem e silice elicere cernant, fieri quidem illa vident, qua vero certe fiant, nesciunt omnino. Haec igitur illis quodammodo mysteria dici possent. Nos certe a natura altius constituti sumus, magnam universitatis hujus partem artium nostrarum legibus subjectam tenemus, maria transmittimus, viscera terrae rimamur, durissima metalla ad induendas pro lubitu nostro quasque formas cogimus, corpora tantum non in prima elementa sua dissolvimus, alpes, imo aëreas regiones nuperrime nobis pervias fecimus, iam vero et coelum ipsum, sidereumque domum immensaque stellarum intervalla metimur, denique ad rerum omnium conditorem mente elevamur, magnamque legum, quibus mundus administratur, partem cognitam habemus.

§. 5.

Quid? Quod similes summo Deo fieri non modo non prohibemur, verum etiam jubemur. At quum meminerimus nostras et cogitationes et actiones temporis et spatii limitibus esse circumscriptas, prô, quanta inter naturam illam immensam et interminatam ac nostram undique circumscriptam aperitur abyssus! Nonne multa illi inesse debere, quae limites nostra rationis transcendent, merito suspicamur? Atqui ea ipsa sunt, quae quam ex parte duntaxat cognoscere nobis datum sit, MYSTERIA nominamus.

§. 6.

Illud igitur a nobis quaeritur: num dari in religione revelata possint mysteria? tum vero: an dentur? denique: an ea dari necesse sit? Quo in examine, ut accuratius versemur, juvabit naturam mysteriorum paullo attentius scrutari.

Innumeri sunt sacrarum paginarum loci, in quibus mentio fiat mysteriorum, inter quos, omnium optime, et ad rem accommodatisime, cuiusmodi sint mysteria, locus Pauli 1 Corinth. XIII. 11. 12 *) exponit. Vocabulo enim mysterii non ea intelligit, quae universum nulla ratione, sed quae nostro illo, jam quidem imbecilli atque imperfecto intellectu comprehendi nequeant, et ad quae fere nostra cognoscendi facultas ita se habeat, quemadmodum se habent fundamenta altioris calculi astronomici ad eam cognoscendi facultatem, quae inest infanti, quaeque non contra id pugnat, quod in hoc ordine *ratum* sit, sed imbecillis est et altioris indaginis theorematu non capit.

§. 7.

Ne autem in vagum oratio nostra dispergatur, aut in ipso operis limine calumniae ansam arripiant adversarii, tenendum est,

*) Ότε ήρεν νήπιος ως νήπιος ἐλάλουν, ως νήπιος ἐφέροντον,
ως νήπιος ἐλογίζομεν. Ότε δὲ γέγονα αὐτός, κατηγηκα
τὰ τὸν νηπίου. Βλέπομεν γάρ αὕτη δι' εστίπτρου ἐν αἱ
νίγματι, τότε δὲ πρόσωπον πρὸς πρόσωπον αὕτη γνώσκω
ἐκ μέρους, τότε δὲ επιγνώσκομαι καθὼς καὶ επιγνώσθην.

de his ipsis, quae ex parte cognoscimus, non vero de iis, quae inani vocabulorum sano nihil rei nobis exhibent, sermonem deinceps futurum esse, atque illa in religione revelata dari posse primo loco evincendum.

§. 8.

Scilicet, quum nostra ratio ultra ea, quae tempore et spatio definiuntur, non excurrat, sed illa, ut suus universae naturae limes constat, solummodo attingat; Deum quidem esse, eundemque in omni perfectionis genere infinitum, cognoscimus, quid autem in infinita illa natura *ratum* sit, ratione nostra, sive ex ipsis, quae apud nos *rata* sunt, non adsequimur. Quo loco animadvertere liceat, quid de celebri illa distinctione: *supra rationem et contra rationem*, ubi sermo de rebus divinis est, tenendum sit. Nimirum sunt, qui iis dijudicandis, *principio*, quod vocant, *contradictionis* locum esse, arbitrentur. At istud, cum circa id, quod eodem *in genere*, eodem *in ordine* *ratum* sit, versetur, ideime *ratum* sit in natura infinita, quod in finita prius agnosci debet, quam de iis rebus *ex eo principio* judicari potest.

§. 9.

E quibus consequitur, multa contra rationem nostram esse posse, aut certe nobis talia videri, quae Rationi divinae minime aduersentur. Quare cum tanta sit diversitas rationum, principium autem contradictionis eandem rationem respicere debeat; patet, in divinis quidem rebus pariter, ac in humanis, idem non posse simul

esse et non esse; attamen idem secundum divinas rationes esse posse, quod secundum humanas non sit. Quodsi enim ratio facultas est cognoscendi rerum relationes, hae vero comparando res rebus detegantur; nisi arbitrari velimus, licere divina conferre humanis, aeterna temporariis, finita finitis; confitendum erit, eas relationes, quae insint naturae, utpote extra sphæram nostræ rationis sitas, sagacitatem mentis nostræ fugere, in iisque nonnulla *contra rationem* videri posse, quae non nisi *supra rationem* sint. Simul autem et illud patet, eos, qui negant, dari posse mysteria, multo magis in principium contradictionis impingere, eo quod rationem suam finitam cum infinita comparent. Ac finitam quidem, quod talem esse experiuntur, ac intime sentiunt; infinitam, quoniam id ipsis sumunt, ut de rebus infinitis iudicium ferant.

Licet autem vel ex his manifestum sit, dari posse religionis mysteria, tamen idem paulo fortius urgebimus. Sitne mundus hic visibilis, palpabilis, ac nullo non sensu perceptibilis ab aeterno, nec ne? Positne in infinitas identidem particulas dividi corpus, nec ne? En ista, quae medium nullum intercedit, attamen utrumlibet respondeamus, ac sive ajamus, sive negemus, principio contradictionis nitimur, et ad asserendum id, quod dato aut negato contrarium sit, adigi posse videmur. Quam ob rem inter antinomias jure relata sunt. Quoniam vero alterutrum necessario verum esse non ambigitur, hoc ipsum alterutrum non contra, sed supra rationem esse merito judicatur.

Quare si vel ex ipsa hac adspectibili natura mysteria cernimus, quae ideo mysteria vocantur, quia circa ea versantur, quae aut spatii, aut temporis ratione infinita sunt, quidni in divina natura altiora lateant mysteria, quae fortasse tum demum penitus inspicere poterit nostra intelligendi facultas, quum ejus limites olim latius protendentur? Falluntur igitur, qui *Rationem revelationis arbitram* constituunt inque mysteriorum quorundam dijudicatione, atque determinanda eorum possibilitate principium contradictionis pro fundamento jacent! Scilicet quod pace haud obscurorum alias virorum dictum velim, non majorem usus hujus principii ipsis in rebus auctoritatem habere videtur, et haberet, ac si cercopitheco diceretur ignem e gelido silice excuti, immo vero flammam machinae electricae ope e glacie cieri posse, et ille id fieri posse negaret, atque sequenti uteretur argumentatione: — Si ignis e frigido silice excuti aut e glacie provocari posset, idem corporibus illis inesse deberet; inesset igitur iis corporibus ignis (per hypothesin) et non inesset eo, quod gelida ponuntur, essent igitur ea frigida, nec tamen essent; Ergo — et si tum dentibus frendens ac caudam agitans triumphum de nostra philosophia agere vellet, nonne, inquam, acutissimo, quod sibi quidem videretur, arguento aut commiserationem aut risum moverit?

§. 12.

Dari posse mysteria abunde jam a nobis demonstratum esse censentes, alteram aggredimur quaestionem, et an dentur? videamus.

Quo loco si cum iis nobis res esset, qui eam ob caussam a sacris mysteriis abhorrent, quod omnem sibi religionem revealatam sublatam volunt, omnium primum sacri codicis auctoritas evincenda esset, sed quoniam sunt vel inter nostri aevi Theologos, qui, nescio quam, divinis litteris reverentiam habere, ac nescio quod, revelatae religionis genus tueri videantur, ceterum dari in ea mysteria humanae rationi impenetrabilia insufficientur, quid de eorum chimerae simillima opinione censendum sit, paucis dispiciamus. Hi scilicet ab iis, quorum sententiam superiori capite refutavimus, in eo discrepant, quod posse quidem dari mysteria non disputent, sed ea, quae mysteria habentur, rationis ope explicari posse contendant. Quod si ita sit, dicant illi, queso, quomodo Deus ex nihilo, nulloque praecexistente materiae penu inundum fabricaverit? dicant, quae sit aeternae generationis filii Dei a patre Deo, et processionis, quam dicunt Spiritus Sancti, ab aeterno ratio?

§. 13.

Quidni dentur Mysteria? cum ea esse sacrae paginae clament, omnia aerae christiana secula repetant, ipsa denique divinam revelatae religionis originem agnoscentis rationis suffragia confirment. Sana enim ratio, suorum sibi conscientia limitum, eo ipso, quod suis seu axiomatibus, seu postulatis, seu datis, seu ratis, repugnare videantur ea, quae dicimus mysteria, modeste manum de tabula submovens tritum illud sibi cantet: Ne futor ultra crepidam.

§. 14.

Quid? Nihilne igitur rationi tribuamus, et otiosam in rebus maximi momenti silere, ac stupere jubeamus? Haud ita sane.

Imo vero ratio memor illa fictorum credulitate mysteriorum Deo honorem non exhiberi, sed multo magis usu ejus muneris, quod certe maximum nobis dedit, lumen, utcunque potest, vel in tenebris quaerat, ac verum, ubicunque potest, investiget; sed videat, ne forte tropicis sacrae scripturae locutionibus sensum proprium subjiciat, linguarum genium consulat, nexus, seu, quem vocant contextum sollicite examinet, meditetur, res rebus, ac verba et verbis et rebus comparet. Hoc non solum permittimus, sed etiam suademos, ut omnia sua, quibus in ratiocinando utitur, principia adhibeat, et quantum potest, philosophetur. Sed posteaquam strenue pro viribus egerit, inveneritque clare et distincte in sacro codice expressa dogmata comprehendendi, quae cum principiis suis conciliari nequeant, tum enimvero victas manus det, et mysteria ea esse candide et ingenue fateatur, seque captivam sub jugum fidei dedat necesse est.

§. 15.

Quo tamen in exercitio operam lusisse censenda non erit. Quaerens enim usque, et investigans sedulo hanc maximi momenti veritatem detegit: dari mysteria, quae, ne porro operam perdat, tanto lubentius agnoscat, si perpenderit, absque iis, quod tertium dissertationis caput erat, religionem revelatam ne cogitari quidem posse.

§. 16.

Etenim qualemcunque Dei cultum mysteriis haud indigere facile largimur; at vacua mysteriis religio, quae alia nisi naturalis foret? Quum autem hanc ipsam, ut vera sit, unam esse debere patet, nonne omnium hominum adeo puram, adeo affectuum motibus liberam et imperturbatam esse rationem oporteret, ut, quin

illa verum de Deo rebusque divinis sentiendi modum dicit, dubium non relinquatur? Exemplo sunt varia ethnicarum religionum systemata, quibus monstruosos Deos pro lubitu, imo vel pro ipsa climatum diversitate fixerunt homines. Certe si primaevum chaos, ut in ordinem digereretur, *Deum conditorem* desiderabat, multo magis ad istud chaos opinionum secernendum doctore *Deo* opus erat. Quam vero credamus ab eo doceri religionem, nisi eam, quae Deo digna sit, et nulla dubia divinae originis argumenta prae se ferat, quibus a mere naturali secernatur, quae denique contineat, quod supra rationem, adeoque mysterium sit.

§. 17.

Porro finis verae religionis est, ut veram humanae naturae ad divinam relationem, ac nexus, qui utramque intercedit, nos doceat; hunc vero nexus, hanc relationem, non finita quaedam natura nos docere potuisset. Deus igitur docuit, et ut doceret, quum totam suam naturam manifestare non posset, aliquid hujusmodi nobis revelaverat, neesse, ut saltem quasi per speculum in aenigmata cernere nobis liceret. Patet igitur et ex natura Dei, et nostra, atque ex ipsa religionis indole mysteriorum necessitatem prono alveo fluere.

§. 18.

Denique, ne longior sim, iam plura alia, quibus necessitas mysteriorum in religione confirmatur, argumenta transmittam. Quem, quæso! doctorum hominum fugit, quam acres semper inter Philosophos et Theologos agitatae sunt lites circa naturam et originem mali moralis, circa duplēm Deum, hunc boni, il-

lum mali auctorem, circa arbitrii nostri libertatem, circa limites virium hominis et cetera? Jam vero, quum religionis provincia praeprimis circa tollendum male morale versetur, eademque media illius seu tollendi seu expiandi tradat, relictis tamen in medio, quae usque nos exerceant, quaeque et naturam et originem mali spectent, difficultatibus, nexus media inter et finem nos celavit, et tamdiu celare debet, quoad prolatis intelligentiae nostrae limitibus libertatem nostram cum aeterna Dei sapientia, summaque ejus bonitate conciliare didicerimus.

~~ni enotitio cap. secundum ad §. 19.~~

Clament igitur mysteriomaslyges, cui bono, cui bono mysteria, aut dogmata, quae intelligi plane nequeunt? Nos non tangunt. Sufficiat sane, ea sacri codicis capita, quae ad mores pertinent, sine his intelligi non posse.

~~enotitio cap. secundum ad §. 20.~~

At enim, inquiunt, mysteria et revelatio sibi vel e diametro sunt opposita, hujus enim est collustrare mentem ac tenebras dispellere, contraria mentis oculos velo obducunt potius, quam illos illuminent. Neque vero Deo dignum esse, ajunt, data operimenta hominum tenebris involvere easdem quasi glaucomate quodam fascinare, atque in eo quidem argumento mirum, quantum sibi placere videntur, eodemque totum, quem vocant, mysticismum subversum iri credunt. Quod quam futile sit, ac longe vanissimum, quamque levii haliti difflari queat, videamus. Scilicet in mysteriis duo consideranda ac probe secernenda esse jam dudum docti sunt vel catechumeni, nempe rem ipsam, seu factum; ac modum rei, sive, quo res fiat, aut facta sit. Jam quid, quaeſo, contradictionis

in duobus hisce repererit vel subtilissimus sophista: rem quidem ipsam seu factum revelatum esse, modum vero, quo res fiat, aut ita sese habeat, absconditum esse? Quid? itane vero utrumque non potuissest summi numinis omnipotentia fieri? Aut istud indignum fuerit Deo, quod vel maxime dignum erat, ut non modo voluntatem hominum sibi subjectam esse vellet, sed et rationem? — Rem verbo exprimam: quocunque se vertant mysteriorum osores capti sunt, neque ullum effugii locum invenient, — Deo credant!

§. 21.

Sed priusquam differendi simili faciamus, qua cautione in ejusmodi dogmatibus, quae mysteria spectant, versandum sit, paucis complecti regulis haud abs re fore existimavimus. Quae quidem cum maximam partem e rebus jam pertractatis sponte nascantur, a superflua earundem deductione merito abstinemus. En canones ipsos, quos, ne in praecocis temeritatis suspicionem incurramus, doctorum virorum censurae subjicimus, ut non nisi a communione eorum sanctione vim habeant.


1mo. Monstretur duplex mysterii cujusque latus, alterum quidem clarum, alterum obscurum, sed

2do. Obscuritas ista non de industria augeatur, sed quantum fieri potest minuatur.

3to. A phantasticis imaginibus, similitudinibusve Deo indignis mysteriorum interpretes abstinentio.

4to. Universum ostendatur mysteriorum vis in mores, ac quantum ea ad religionis reverentiam valeant.

5to. Ne frustra multiplicetur mysteriorum numerus.



de his ipsis, quae ex parte cognoscimus, non vero de iis, quae inani vocabulorum sano nihil rei nobis exhibent, sermonem deinceps futurum esse, atque illa in religione revelata dari posse primo loco evincendum.

§. 8.

Scilicet, quum nostra ratio ultra ea, quae tempore et spatio definiuntur, non excurrat, sed illa, ut suus universae naturae limes constat, solummodo attingat; Deum quidem esse, eundemque in omni perfectionis genere infinitum, cognoscimus, quid autem in infinita illa natura *ratum* sit, ratione nostra, sive ex ipsis, quae apud nos *rata* sunt, non adsequimur. Quo loco animadvertere licet, quid de celebri illa distinctione: *supra rationem* et *contra rationem*, ubi sermo de rebus divinis est, tenendum sit. Nimirum sunt, qui iis dijudicandis, *principio*, quod vocant, *contradictionis* locum esse, arbitrentur. At istud, cum circa id, quod eodem *in genere*, eodem *in ordine ratum* sit, versetur, ideinde *ratum* sit in natura infinita, quod in finita prius agnosci deberet, quam de iis rebus ex eo principio judicari potest.

§. 9.

E quibus consequitur, multa *contra rationem* nostram esse posse, aut certe nobis talia videri, quae Rationi divinae minime adverterentur. Quare cum tanta sit diversitas rationum, principium autem contradictionis eandem rationem respicere debeat; patet, in divinis quidem rebus pariter, ac in humanis, idem non posse simul

